Quelle: http://manuscripta.at/?ID=31713
Copyright: Zwettl, Zisterzienserstift

incesti fieri debeat reus. Non enim inuenio eum insidiatum esse
aut uoluerit eripuisse pudicitiam filiarum. s; magis insidias
passum. & arte circumseptum. sed neq; rursum circumuentus fuisset
a puellis. nisi inebriari potuisset. Unde uidetur in parte culpa
bilis. in parte ~~in~~ excusabilis inuenitur. Excusari namq; pot
quod accupiscentiae & uoluntatis crimine liber est. & quia nec ip
se uoluisse arguitur neq; uoluntati consensisse. Subiacet u culpe
quod decepti potuit quod uino nimis indulsit. & hoc non semel.
s; iterum fecit. Nam & ipsa septuaginta uidetur peccatum quodam
satis facere cum dicit nesciebat enim cum dormiret cum eis.
& cum surgeret. De filiabus hoc non dicitur. quae studio & certe deci
piunt patrem. Ille tamen uinum sopitus est uino. ut nesciret
se dormisse cum filia priore. neq; cum iumore audire ebri
etas quid agat audire quantum facinoris concilietur temulentia.
audire & cauete uos. o quibus istud malum. non in crimine s; iusu est
Ebrietas decipit. quae sodoma non decepit. Vrtitur ille flamis
mulierum. quae sulphurea flamma non ussit. Erat enim loth arte
non uoluntate deceptus. Idcirco medium quidam est inter peccatores et
iustos. quippe qui ex abrahae quidem cognatione descenderit
in sodomis autem habitauerit. Nam & hoc quod euadit ex sodo
mis sicut septuaginta indicat. magis ad honorem abrahae quam ad
meritum punit loth. Sic enim ait. Et factum est inquit cum ex
terminaret dominus ciuitates sodomorum recordatus est dominus abrahae. &
eiecit loth de terra illa. S; & filiarum eius propositum puto diligenter
considerandum. ne forte eum ipse non tantum quantum putatur
accepe criminis mereatur. Refert enim septuaginta. quia dixerunt
sibi inuicem. Pater inquit noster senior est & nemo est super terram
qui intret ad nos. sicut conuenit omni terre. ueni & potemus
cum uino. dormiamque cum eo. & suscitemus de patre nostro semen.
Quantum ad ea quae de his dicit septuaginta. uidetur etiam ipsis
quodam satis facere. Apparet namq; filias loth. didicisse

171